

VOARCHADVMIA CON-
TRA ALCHEMIAM ARS DISTIN-
CTA AB ALCHEMIA, ET SOPHIA: CUM ADDI-
TIONIBUS, PROPORTIONIBUS: NUMERIS, & FIGURIS OP-
PORTUNIS, JOANNIS AUGUSTINI PANTHEI VENE-
TI Sacerdotis.

*AUCTORIS INTENTIO DE VOARCHADVMICA
professione, contra Alchemiam, arte distincta ab Ar-
chemia, & Sophia.*

EACILE plerosq; admiraturos opinamur, le-
ctor humanissime, petlegentes opus hoc Vo-
archadumia nuncupatum, contra Alchemiā
æditum: & non parum ab ALCHEMIA, & So-
phia seiuinctum. Qui (sane) quum æquo ani-
mo singula ipso contenta revolverint, eos
(profecto) à lectione huius operis minime animum suum a-
lienatus putamus. Qua de re nos à ratione alienum fore
nequaquam duximus, in principio istius voluminis: cur no-
bis id evenerit appellasse, palam facere studiosis. Illa præser-
tim de causa quod non solum innumerar (ut ita dicam) geni-
tes maxime philosophiæ expertes sed etiam viros amplissi-
mis & honore, & dignitate præstantes, intuemur non parum
desiderare naturæ penetralia perscrutari: quæ circa præcipu-
as Argenti, & Auri transmutationes, purificationes, multipli-
cationes, & proportiones, nullis parcentes expensis, nullisq;
laboribus, & vigilijs, die noctuque operam impendunt: ac
circa eam rem versari. videntur vel ipso lucrandi desiderio
duci: vel cognoscendi potius occasione alleeti, ac ita ri-
mantur secretiora naturæ mysteria. De quibus equidem quid
hac in reverius afferendum censemur juxta peritiorum se-
mitam brevibus, annuente domino æterno omnipotenti,
aperiemus.

Quadrifaria transmutatio metalorum.
Primus modus.
Sophistitatio.
Alchemia quid.

Dicimus enim omnes metallicarum transmutationum ar-
tifices: Quadrifariam versari posse, ac laborare.

Primo (sane) modo, luminaria scil. Argentum, & Aurum
fingendo, hoc est in multis tinturarū generibus, & sophisti-
cationum speciebus imperfectiora metalla colorando, ipsaq;
alterando: propria tamen ipsorū essentia, substantiaq; rema-
nente. Quam professionem communi omnium consen-
tia Alchemiā (ab Alchemo dicta: quæ profecto ex Hebraica di-
stione